

Die Furcht der
Leute vor Konrad
von Marburg.

Nochmalige Nach-
richt über Lud-
wigs Tod auf einem
Zuge über das
Meer.

Konrads Aufent-
halt in Marburg.

Eintritt Konrads
von Thüringen in
den deutschen
Orden, er veran-
lasst den Papst
Gregor IX. und
Kaiser Friedrich II.
zur Schenkung des
Hospitals in Mar-
burg an den deut-
schen Orden, Be-
treiben der Kano-
nisation der Eli-
sabeth durch die
Deutschordens-
brüder.

cruce signatus ad subsidium terre sancte pro-
fectus, in servicio salvatoris diem clausit ex-
tremum, in manus domini devotum commen-
dans spiritum.

VI. p. 17. Erat idem Cunradus, sicut
— neglexit = Mont. S. 120 — 121. Var.:
'apostolico', Mont. 'Pontifice'.

VII. p. 21. (Nam) pro Christi nomine
cruce signatus cum magnis sumptibus ad
subsidium terre sancte transfretavit, qui in
eodem itinere mortuus, ut speratur, regna
celestia promeruit, superne Ierusalem cives
effectus.

VIII. p. 26. Huius hospitalis (sc. in
Marburg ab Elyzabeth fundati) provisor
magister Cunradus erat, in eo manens atque
ex eo ad predicandum exiens usque ad tem-
pus occisionis suae.

IX. p. 28. Cum beata Elyzabeth post
mortem suam multis et magnis coruscaret
miraculis, bone indolis adolescens Cunradus
lantgravius, Ludewici germanus, oracionibus
haud dubium sancte Elyzabeth adiutus, mundi
huius honores, divicias et gloriam contemp-
nens, ad ordinem domus Theutonice se con-
vertit. Magister Cunradus eundem adoles-
centem honestis moribus informaverat et
mundi contemptum persuaserat. Ut autem
de bono efficeretur melior, dei gracia adiutus
et inspiratus, perfectionis viam eligens, non
sine ammiracione multorum miliciam huius
mundi cum principatu despexit et Christi
milicie (c. millicie) se mancipavit. Huius
gracia et auxilio dominus papa Gregorius
necnon et serenissimus imperator Romanorum
secundus Fridericus hospitale sancte Elyza-
beth, in quo sacratissimum corpus eius re-
quiescit, cum omnibus suis possessionibus et
attinenciis hospitali domus Theutonicorum
condonaverunt (c. contradiderunt). Cumque
eiusdem domus religiosi fratres pro canoni-
zacione beate Elyzabeth apud dominum apo-
stolicum laborarent et ille de veritate mira-
culorum plenius certificari vellet, precepit, ut
tam testes vite beate Elyzabeth quam testes
miraculorum eius diligenter examinarentur et